

ex diuina miseratione, ita q̄ talis dispo-  
sitione non tempore, sed natura praeedit  
gratia infusionem. Paratus enim est om-  
ni facienti quod in se est, dare gratiam.  
Facit autem infidelis aliquis, quod in  
se est, dum arbitrium suum conformat  
recte ratione, ac toto corde petit illuminari  
in his, q̄a pertinent ad salutem  
ad cognoscendum veritatem, & iustitiam.  
Fidelis vero facit quod in se est, si dete-  
stat peccatum propter Deum, propo-  
nens firmiter Deo in omnibus obedi-  
& non retrogredi in lutum vnde fur-  
xit, cum sponsione emendationis, &  
satisfactionis.

**Dimissio peccato-** Tertia doctrina. Dimissio peccato re-  
genda est caro contra reciduum, quid  
ē caro cō- enim iuuat mundari à contactū mor-  
tui, & iterum eum tangere? Quarta do-  
ctrina. Reci- trina. Ex puris naturalib⁹ lecula gra-  
tia gratum faciente, stante generali influentiā  
Dei, potest homo sese ad gratiam disponere, & in-  
firmatis suis lectum portare. Potest n. homo ex puris naturalibus stante adiu-  
torio Dei generali, seu gratia Deigen-  
erali, facere, quod in se est, vt patuit. Item potest Deum super omnia dilige-  
re, etiam sine gratia gratum faciente  
quia hoc potest infidelis sese pro Deo  
occidens, existimans se obsequium pra-  
flare Deo. Item quicquid potest ratio-  
recta dictere, voluntas potest velle. Po-  
test autem dictere aliquid ratio sua Dei  
est, & illi esse seruendum, & ipsum su-  
per omnia diligendum. Talis autem di-  
lectio est immediata dispositio ad gratiam: Item. Si non potest se disponere  
ex naturalibus ad gratiam, & charitatē  
ita nec ad alia dona percipienda sine  
auxilio Dei (speciali), quia non est ratio  
diversitatis, & ita erit neceſſariō mal⁹  
& non potest cum vult à peccato resur-  
gere, huc reflire, largè accepto nomine  
refurgere, vt simpliciter dicat, peccatum  
deterrit, & non necessariō includit gra-  
tiam. Consequens est falso, & contra illud Ezech. 18. Si impius egerit peni-  
tentiam ab omnibus peccatis suis, qua  
operatus est, & cufioderit omnia pre-  
cepta mea, & fecerit iudicium, & iusli-

tiam, vita viuet, & non morietur, om-  
nium iniquitatum suarum, quas opera-  
tus est, non recordabor, in iustitia  
sua, quam operatus est, viuet. Et similia  
multa in eodem ea, habentur, vbi ju-  
bentur proficere inquirantes nostras, &  
facere cor nouum, & spiritum nouum,  
& reverti ad dominum, & viuere. Hoc  
facientes portamus lectum conscientię  
nostrę, lectum prauorum desyde-  
riorum, lectum amoris peruersi, fontem  
omnis maliitiae. Hinc Aug. Amor meus  
pondus meum, illo feror, quoq; fer-  
ror. Præterea anathema sit Deum ali-  
quod impossibile factu præcepisse, etiā  
per modum paci, si scilicet saluari vo-  
lumus. Sed præcepit dominus paralyti  
eo tollere lectum, & sursum se erigere,  
tunc autem gratia caruit, & nisi id po-  
tuisset ex naturalibus, concurrente au-  
xilio Dei generali impossibile præcepis-  
set. Præcepit autem tria scilicet pecca-  
torum displicentiam, propositum sati-  
faciendi, & propositum nunquam rela-  
bendi. Primum cum inquit: Confide fili-  
vel Surge. Secundum, tolle lectum tuū.  
Tertium vade in domum tuam. Nisi n.  
displicentiam infirmitatis habuisset, ad  
medicum curandus non veniret, nec  
surrexisset, sed in priori luto manisset.  
Tulit etiam lectum suum, carnem &  
corpus (ne reciduaret) domando, & pro  
commisso satisfaciendo, propositum fir-  
num concepit, in domum suam teneat  
beatiitudinis, in domum militantis, &  
triumphantem tendendo. Extende qua-  
liter hęc ex naturalibus posset sese per  
hoc ad vitam gratiarum preparando. Quin  
do doctrina. Dimissio peccato, & infirmi-  
tatis morbo sublatio, quantotius surgen-  
tum est, & in domum abeundum, ne la-  
nitatis consecutionem cum vanglorie est lunga  
expectatione nobis acribamus sed con-  
tinuū dicamus: Non nobis domine non  
nobis, sed nomini tuo da gloriam, ne er-  
ror posterior peior fiat priore, & deter-  
rius aliquid contingat. Fundantur in  
his doctrinis, & potissimum in euange-  
lio tres veritates, quas illuminatissi-  
mus Parisien. Cancellarius ponit in suo  
tripartito c. 16. ex quibus homo cōice-  
re

Tria pr  
cepta  
sunt pa-  
ralytic.